



IENA TRIVMPHANS

SERENISSIMO PRINCIPI

AC DOMINO

DN. IOANNI GVILIELMO

SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE AC MONTIVM DVCI
LANDGRAVIO THVRINGIAE, MARCHIONI MISNIAE
PRINCIPI HENNEBERGIAE, COMITI IN MARCA
ET RAVENSPERG, DYNASTAE IN RAVENSTEIN

PRINCIPI CLEMENTISSIMO NOSTRO

A. D. XXII FEBRVARII

cic lcc LXXXVIII

RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI

ACADEMICA

SCEPTRA ET PVRPVRAM

LAETIS OMNIVM ACCLAMATIONIBVS

IN AEDE S. MICHAELIS

PRINCIPALI POMPA

SVSCIPIENTI

VOTIVO CARMINE

DESCRIPTA

OBSEQVIOQVE DEVOTISSIMO

EXHIBITA

A PRORECTORE ET PROFESSORIBVS

RELIQVIS.

IENAE

LITTERIS NISIANIS.

IENA TRIUMPHANS

SARAZENIUS OMNIS CIVITATIS

AC DOMINI

DOMINI IESU CHRISTI GAVELE LEMO

SACRAE MUSICAES INGENII CIVITATIS AC MONUMENT PACI

FANDEGRADUS THURINGIAE, MAGDEBVRGICUS, MUSICOMINISTER

PRINCIPALIS HENNEBERGIAE, CORTICII IN MULCA

ET RAVENBERGIAE, DUCATSAT IN RAVENSTEIN

PRINCIPALIS CLEMENSISIMO NOTIONIS

DA. B. XXII. THEATRUM

1501. LXXVII.

RECTORIS MAGDEBVRGENTISSIMI

ACADEMICI

SCHEPTERIA ET BARBARA

FAETIS OMNIAM ACCLAMATIONIBVS

IN AVE DE MICHAELIS

PRINCIPALIS ROMAE

SACRIFICIINTI

NOTIONIS CARMINB

DESCRIBITUR

CONVENTUS BREVITATIS

EXHIBITA

A SOROLOGIA ET PROGRESSORIA

RELIGIOS.

IENA

LITTERIS NISIAMI

Intermissa diu repetit sua Cynthius arua,
diffundit radios, ac mitia tempora nobis
despondet, gelidasque niues, ac frigora pellit
scythica, suffultis quorum vaga molibus vnda
creuerat, & commune solum, non flumine mixtum
condiderat: fugiunt hæc omnia, luce serena
cœlum implente: redit campis ac floribus æqua
tempestas, humana patent studia atque labores,
pinguescunt terræ, fundit sua gramina collis:
quælibet hinc vitam reparant priscumque vigorem.

Exit in occursum sacrata cohors, pia vota
& cantus passim vario certamine reddit.
O pergrata dies, o fausti sideris alma
progenies, tibi nostra salus, tibi nostra bonorum
summa, per æternas transcribitur vndique grates.
Tu nobis præstas, quæ nunquam voce precantes
vel timidi prensare, vel exspectare valemus.
O prægrande decus, musis venerabile lumen,
exoriere nouo splendore, dabisque probatum
palladiis sceptris ornamentum, dabis ampla
præmia cunctorum studiis, meritisque repones,
quæ suadent leges, quæcunque requirit honestas.
Ad tua conspicimus læti, tua culmina prompti
adsestamur ouaturi, complexibus omnes
iungimur, & cultu placido testamur amorem,
quem pietas expresit, & aura fauentis olympi,
in cuius medio resides, & nostra secundo
adspicis obtutu, nec inermis turbida fæcla
immittis, nec amica recusas otia musis.

A 2

Dum

Dum certant alacres precibus votisque solutis
publica commendant, & eunt commoda spectant,
non lepidi bellatoris, non vindicis ægri,
sed quidquid laudis veræ, sed quidquid honoris
accipiet nomen, de cœlo visus Apollo
in terras properare, simulque refundere pacem.
Vos, ait, aduersæ remouere pericla potestis
fortunæ, stantes vos indulgentibus astris
excelsum Pindi faciles superare cacumen,
aut si participes rerum maiora velitis,
auspiciis nostris bona quæque referre valetis.
Aufugiunt patido celeres horrore sorores
& sibi non constant, nisi protenus ecce dearum
proxima restiterit, vultuque habituque locuta
cœlesti: placeat vobis, iam causa peracta est,
nil deerit studiis, nil vestra morabitur ausa,
præsidis in numero diuorum ego sensa requiram,
ac responsa dabo, queis vix meliora putetis
sperari potuisse, quibusve euentus apertus.

His dictis abiit suspensa mente relinquens
conuentum sacratarum, nox humida mundum
occupat, ac fessum componit in æquore solem.
Nondum lucentes AEthræ radiantis ocelli
cessarant, rutilum tectis suffunditur aurum,
ac stipata venit famulis hesterna dearum
alloquio suaui propius dignata pauentes
sic infit: superis gratum vos nomen habetis,
quod præclara exoptetis virtutis amore,
quod iunctis animisque frumentis magna petatis.

Vos

Vos ex consensu felices, atque potentes
non frustra poscetis opem, non vana superbis
dona modis, non inuidiosa, nec ima premetis.
Sala fouet dominos, qui nunquam Marte fremente
discedunt statione sua, qui fortia facta
doctrinæ sociant, & vtrinque mouere triumphos
condidicere: nouis exemplis agmina ducunt,
barbarie victa cultissima sæcla recludunt.
Inter eos princeps, regum de sanguine cretus,
annis non adeo, propera virtute celebris,
delicium patriæ, nativa parentis imago
laudatur superis, cui fasces sanctior orbis
submitteret. cuius posthac mirabitur æuum
ingenii dotes, ac quem coluisse iuuabit
depositum cœli, terrarum nobile pignus.
Vos hunc mortales studiis rebusque dicatum
præcelsis, amplexibus atque fauentibus una
votis, ad regni musarum sceptræ vocate.
Vester honos geminatus erit, vos certa feretis
munera, nec minus ampla patebit in arce Mineruæ
ad succurrentum vobisque probisque voluntas.
Venturus leuat iste graues curas, leuat omne
quod pacem lædit, furiis quod tela ministrat.
Ac velut æthereo flammans præfulget ab axe
phosphorus, obductisque polo micat altior astris
stellarumque choros dicit: sic præuius orbi
doctorum, regale iubar, sic fronte serena
adfundet lucem, meritis succedet auitis
culminibus, nec differet his moderamine sacro,

par æquo, par imperio, nec honoribus impar
sceptriferis, fama superabit & ordine rerum.
Huc celeres cursu, pedibusque huc ite frequentes,
arctius vnamimes coniungite vota precesque:
RECTOR EM, prælustre decus, veneretur amanter
obsequiosa manus, collectaque turba sequatur,
qua graditur, festo circumferat omnia plausu.

Dixerat hæc pronis adstantibus, atque recessit
Pallas: conueniunt passim, fit concio læta,
cantatura modis variis, quæ diua recepit
ipsis: collaudant bonitatem & numen adorant,
cui se deberent, cui maxima quæque referent
semper in acceptis, nec digna rependere cantu
possent: iam plena nostris pietate licere,
sacra sub umbrosis rutæ componere siluis,
ac facili argutas impellere pollice chordas
exclamant: RECTOR I aras Helicone sub ipso
constituunt, bifido rapidus qua vertice torrens
voluit inexhaustos per deuia rura liquores.
Singula, quæ capiunt, ad honora trahuntur in yrbe
ornamenta, quibus, vatum plaudente caterua,
accedunt strepitu molli citharæque lyræque,
ac quidquid fauet egregiis per numina coeptis:
dumque calent animi, repetunt sua gaudia musæ,
Phœbus in excels gratantes audit, & æquo
heroem cursu vehit ad delubra sororum,
exacturus opus, quod se fautore coortum
nuper, quod cunctis noua per spectacula gratum
esse velit: redeunt cœtu, sua verba Camœnæ

TEQ

e A

mi-

miscent, nec satis eloquio nunc posse caueri
sollicitæ quærunt, donec sententia fixa
omnibus adplaudit, non pluribus omnia dici,
sed fas esse piis, operam deferre cuius,
qui præstans foret ingenio, quiue ore disertus.

Prodiit in medium non infacundus, amictu
composito, Phœbi german, vultuque decorus
nomine cunctorum demissa voce locutus:
Inclite dux patriæ, dulcissima gloria terræ,
gloria Saxonie, permagni patris imago,
Aoniæ splendor, quo principe sidera liquit
in valles nostras Astræa redux, sua Musis
munera largitur proprius, volitatque per ora
mille virum, nubesque simul ventosque repellens.
Tv iam musarum imperiive capessis habenas
cœlo pacato, tibi se pandunt, per amœna
camporum, adspectu viridi, iuga summa dearum
Parnassi, socio firmoque innixa Tonanti
federe, ne feriat, ne fulmine perdat amicas
ædes, aut rumpat præpes rata vincla cohortis
sacratae: vulgus tibi vix placuisse videtur,
auspicio meliore tv is præludere cœptis
exoptas, animo sæcli felicis amorem
induis, ac hominum laudas præstantia facta,
proponisque tibi princeps, imitandaque sumis
Ipse, quibus proavi mandarunt nomen olymbo.
Ostentas iuuenis, quæ non fecere parati
maiores, & vt hæc nobis didicisse probares,
non tv a præceptis constant, non pectore ab imo
spi-

spiritus hauritur, promte veniunt TIBI cuncta
in mentem, facilis patet impetus, atque magnus ab æthereo nobis redit axe patronus.
En TIBI committunt pronæ sua sceptræ forores,
ac stratae pedibus regni diadema salutant,
quo non candidius, quo non est maius in orbe terrarum, doctis fastigia iussit habere,
quodque per infestos præstat solatia mundo hostes, quo finē cæcutiunt & regna ruinis proxima noscuntur, si tentent pellere nostras & studiis spretis per martia signa ferantur. Sis modo per clemens, ac respice vota benigne, sic nunquam pietas, sic non innoxius ardor destituet populum, deerunt nec præmia cœlo.

His dictis humili circumflua turba susurro
excipit æqualem, lætus concursus ubique
fit, dociles animæ plaudunt, plausere Camænæ
murmure iucundo, plaudit per compita passim
ædibus effusum magno ruit impete vulgus,
lætantumque sonant voces: ante omnia templis
festus honor cunctis indicitur, altaque thure
resperso fumant altaria, quisque salutem
principis imperiique D E O commendat & optat:
o mihi tam longi maneat iam terminus æui,
ut videam TIBI quem decernunt fata triumphum!

Officieris inuenies, dñe in locis p[re]dictis
matriæ, & at h[ab]eas lures d[omi]nij p[ro]p[ri]etatis
omni d[omi]ni p[re]ceptis coniuncte, non neglige
non t[ra]v[er]sare



IENA TRIVMPHANS

S E R E N I S S I M O P R I N C I P I

A G. DOMINO

D N. IOA LIELMO

SAXONIAE, IVL NTIVM DVCI

LANDGRAVIO ONI MISNIAE

PRINCIPI HE IN MARCA

ET RAVENSP RAVENSTEIN

PRINCIP A. D. OSTRO

A. D. REC ARII

LAETI SSIMI

AM

IONIBVS

IS

SIMO

SSORIBVS

RELIQVIS.

—

I E N A E

LITTERIS NISIANIS.

